

A Tous hic loquor de Jure, & Jurisprudencia, multum poterit illustrari ex loco de Legibus.

Justitia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Justitia, Græcè δικαιοσύνη, & dicitur, iustus, δικαίος, iuste dicitur. Est autem justitia habitus, per quem iustorum operationes sunt, per quem agunt & volunt res iustas, secundum Arist. l. 5. Ethic.

Justitia est virtus, qua singuli sua secundum leges possident, secundum Arist. l. 1. Rhet.

Justitia est virtutum præclarissima, & ipsa est omnis virtus, secundum Arist. l. 6. Ethic.

Justitia est splendor magnus, ex quo viri boni nominantur: Cujus manus primum est, ne cui quis noceat, nisi læcessit injuria. Deinde ut communibus pro communibus utatur, privatis ut suis, secundum Cic. l. 1. de Offic.

Justitia est habitus animi, communi utilitate conservata, sua cuique tribuens dignitatem. Eius partes sunt religio, pietas, gratia, vendicatio, obsequantia, veritas, secundum Cic. l. 1. Rhet.

Justitia est æquitas vis unicuique rei tribuens pro dignitate cuiusque, secundum Cic. 2. Rhet.

Justitia est servare unicuique quod suum est. De Justitia veniunt, innocencia, amicitia, concordia, pietas, religio, affectus, humanitas: his virtutibus vir bonus primum sui, atque deinde Reip. rector efficitur, secundum Macrob.

Justitia est constans & perpetua voluntas, jus suum unicuique tribuendi, Vipsian. l. Justitia, r. de Justitia & Jure. Voluntas genus est: species sunt fortitudo, modestia, suum cuique tribuere, est differentia, quia a fortitudine & modestia discernitur.

Justitia est omnium mandatorum plena custodia, Chrysost. hom. 12. in Matth.

Justitia est certitudo voluntatis, servata propter seipsum, Ansel. Dialog. de verit. cap. 13.

ACCEPTIONES VARIÆ.

Nomen Justitia tribus potissimum modis accipitur, ut colligitur ex Arist. 5. Ethic. c. 1. Primum, pro omnium virtutum complexione, sic ut quævis virtus sit pars Justitiæ.

C Secundò pro virtute particulari, qua voluntas inclinatur ad reddendum unicuique jus suum ad æqualitatem: quomodo ab Ulpiano definitur. l. Justitia, ff. de Justitia, quod sit constans & perpetua voluntas, jus suum cuique tribuendi, hoc est quod sit virtus inclinans & firmans voluntatem, ad perpetuò tribuendum cuique, quod ipsi est debitum stricta obligatione.

Tertiò, pro legali seu generali Justitia, qua sit particularis virtus, recipiens bonum commune Reipub. illudque procurans & promovens. Ita S. Thom. 1. 2. quest. 58. art. 6.

DIVISIO.

Justitia secundo modo accepta, estque acceptio communis, dividitur in commutativam & distributivam. Ita Arist. lib. 5. Ethic. c. 2.

Finis commutativa est constituere æqualitatem inter datum & acceptum: Distributiva verò constituere proportionem inter res quæ distribuuntur, qualis est inter personas quibus distributio fit.

Secundò, commutativa disponit privatum hominem ad privatum, vel eos qui se instar privati habent. Distributiva verò, communitatem vel eum qui illum representat, ad privatum. Tertiò, quod commutativa spectet conditionem rei alterius, ut ei reddat æquale: Distributiva conditionem & qualitatem persone, ut iuxta illam fiat distributio. Vide autem Lessius in tract. de Jure & Justitia. Malder. in lib. de Justit. & Relig.

OBJECTVM.

Justitia primariò versatur circa actiones ritè ad alterum disponendas, & circa res ipsas, ut actioni materiam præbent. Est enim illius munus, præstare cuique quod ei debetur. Secundariò tamen moderari potes passionēs, quatenus moderatio illa medium esse necessarium ad ipsius finem intrinsecum, qui est, unicuique reddere suum. Ideoque Justitia dicitur à Theologis attingere medium rei, reliquæ virtutes medium rationis, quia Justitia non spectat, quidnam communiuritur suo subiecto secundum regulam rectæ rationis, ut faciunt he: sed quid communiuritur rei vel juri alterius, ut nec minus nec amplius præstetur, sed æquale. Vide de hac re Lessius l. 2. c. 1. de Justit. & Jure lib. 2.

Distributio in humana vita secundum cuiusque dignitatem, operum & bonorum & aliarum rerum, quæ singulis

conveniunt, justitiam, quæ ad hominum vitam pertinet, E confinit. Proinde optata studiaque illa justitiæ propria sunt, quæ liberaliter ac facilè in conventibus commerciorum versantur: & quæ familiariter, benignè ac utiliter sunt: denique actiones prohibent noxias, utilium verò totam constitutionem decemtem moliantur. Lamblichus ex epist. ad Anatum, de justitia.

ENCOMIA ET OFFICIA.

Justitia est reddere unicuique quod suum est. Tribue ergo tribus quæ sua sunt, superiori, æquali, inferiori. Redde reverentiam prælato & obedientiam, quarum altera cordis, altera corporis est: tribue æquali consilium, quo ignorantia erudiat, & auxilium, quo infirmitas juvetur: tribue subiecto custodiam, ut possit cavere peccatum, & disciplinam, ut quod minus cavet, minimè maneat impunitum. Bern. in epist.

Rectus est ille, qui ad terrena non curvat, qui ad celestia totus erigitur, qui divinæ voluntati humiliter subijcitur, cuius medium non exiens ab extremis, paupertate & patientia regulatur. Idem.

Justitia est animi libertas, tribuens unicuique suam propriam dignitatem, majori reverentiam, pari cõcordiam, minori diffidentiam, Deo obedientiam, sibi sanctimoniam, inimico patientiam, egeno operosa misericordiam. Arist. in l. Civ. Deus homo.

Justitia non novit patrem, non novit matrem, veritatem novit, personam non accipit, Deum imitatur: Gass. in Psal.

Justitia regis, pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terra fecunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibi incipit spes future beatitudinis. Cypri. de 12. abusionib.

Nunc reddenda est de justitia posita disputatio, quæ ut ipsa est summa virtus, aut fons est ipse virtutis: quam non modò philosophi quæsierunt, sed poete quoque, qui priores multò fuerunt, & ante natum philosophiæ nomen pro sapientibus habebantur. Hi planè intellexerunt, abesse hanc è rebus humanis, eamque finxerunt offensam virtutis hominum, cellis è terra, in celumque migrasse. Lact. Firm. div. iust. l. 5. c. 5.

Justitia inter homines videtur mihi mater & nutrix ceterarum virtutum appellanda, nam sine illa neque temperantem, neque prudentem, neque fortem esse quæquam fieri potest. Quippè harmonia & concordia totius animæ est cum cõgemitur. Fiet autem ejus utilitas evidenter, si alios habitus consideraverimus, ut potè qui partem rerum solum sui usum ad unum quempiam præbeant: Justitia verò utilitatem in multitudine, & universas rerum comprehensiones præstat: siquidem mundo principatum omnem obtinent, providentia vocatur, & harmonia & constitutio generis cuiusdam Doctoris, qui ipsam ita disposuerunt. In civitate autem pax, & æquitas merito nominatur, in domo autem hæc est viti & uxoris cõcordia mutua, item famulorum in heros benevolentia, dominorum autem erga famulos benigna curatio. In corpore autè sanitas & perfectio membrorum, quæ tanquam præcipua cunctæ animantes maximè diligant. Ceterum in anima est sapientia, quæ per scientiam & justitiam hominibus comparatur. Cum igitur hæc virtus totum simul ac partes singulas ita moderetur, & in concordia conservet, quomodo non mater & nutrix tum virtutum tum rerum omnium communi judicio dici debet? Polus Pythagoricus in lib. de justitia.

Justitia multam adfert animo tranquillitatem. Neminem enim timentem, nec apud ullum erubescerentem vivere, voluptas quædam est, & quasi sufficientia sive perfectio vite. Hæc autem qui justitiam animo complectitur, non solum illi utilis est, sed etiam ipse sibi; non enim conabitur ulla ex parte seipsum offendere, neque ullius sibi doloris aut morbi author erit, sed naturæ instrumenta sensibus destinata, Deos existimans esse, justè ipsis utetur: & ne quid supra ipsorum vires agat, maximè cavebit, voluptatem utilitatemque ex eis capiens. Etenim ab auditu, visu, alimentis, & venere contingent voluptates, qui, seipso justè usus fuerit. Periculosa verò etiam circa maximi momenti & omnino necessarias res quandoque contingunt. An non vidisti, quosdam noctes dielique animo perturbatos, in mare tandem se temere precipitasse? Diogenes. Hesiodus.

Ἡ δὲ τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ δίκην δὲ δικαιοσύνην κωλύει ἀδίκους δὲ τοῖς ὀφειλομένοις ἐπιφέρει καὶ τὸ ἴδιον ἀντι μὴ βλάπῃ σκαλίον ἄδικον, ἀδικία παρὰ τοῦ πατρὸς καθέσθηθη κρίσιον. Ἰπποκράτης ἀδίκους ἀδικῶν νῶν, ἀπὸ δικαιοσύνης. Διμὸν ἀδικαλίαν βασιλῶν οἱ λυγροὶ νόμοι. Ἄλλα περιλήψεται δίκας, σκαλίον ἀδικίας.

lps

Ipsa autem justitia est virgo ex Jove nata, Castaque venerandaque deis, qui Olympum habitant. Et quando quis ipsam læserit oblique damnans, Statim apud Jovis patrem sedens Saturnum, Dicit hominem injustum mentem, amens solvat Populus injustitias Regum, qui mala fontentes, Alii inclinant justitiam oblique loquentes.

Ex omnibus Aristidis virtutibus, maximè Justitiam populus animadvertit, quòd ejus usus & perpetuus, & omnium maximè communis esset. Itaque pauper & de plebe homo, justè cognomentum maximè regum, & divinissimum nactus est. Quod reges & tyranni haud imitati sunt, qui magis (ut apparet) vi & potentia, quàm virtute partem gloriæ cupidi, Phorcetæ ab uribus expugnati, Cerauni a fulmine, Nicanores a vincendo, nonnulli etiam Aquilæ & Accipitres dici maluerunt. Atqui divina natura (cujus se illi similes efficere cupiunt) tribus his excellere videtur, perpetuitate, potentia, & æquitate; inter quæ summa certè est æquitas majestas & divinitas: Perpetuus enim, hoc est, interitus expertus esse, etiam inani & elementis contigit: terræ motus, fulmina, ventorum turbines, fluviorum inundationes magnam vim habent: justitiæ autem & æquitatis in Deo nihil nisi quod sapiat & res divinas intelligat, sit particeps. Quapropter cum tribus modis plerique erga Deum afficiantur, admirando, timendo, honorando, mirari eum solent & eorum prædicare ob æternitatem interitusque immunitatem, reformidare autem & metuere propter ejus dominationem & potentiam, amare autem, honorare, & colere, justitiæ causa: Et tamen hoc modo affecti homines, immortalitatem naturæ nostræ superpetiore, potentiamque in fortuna majore sui parte possunt appetere, justitia (quod folum de divinis bonis in nos cadit) post hæc posita: tantò quidem è stultis, quòd vitam potentia, fortuna, & principatu prædant, justitia autem divinam, bellinam vero ipsi reddidit. Plur. in Aristide.

JUSTITIA PRÆVALET ARMIS.

CAROLUS Imp. ubi audivit fratris Ludovici Germanorum Regis obitum, ad invadendum relictum filii ab eo regnum, ingenti exercitu comparato, addixit animum; verùm Deo ulciscente, à Ludovico filio Ludovici crebris legationibus pacem rogante, nec obtinente, viclum fugatuque magna cum Cignominia, fuit postteris factus exemplum, quàm sint invalidæ atque protinus inutiles armatæ copiæ & bene instructæ, esse ægmina quàm infirma, in quibus nõ invenit sua signa justitia. Audi miranda. Vix parente sepulto, Ludovici filius cogitur imparatus ad bellum formidolosum progredi, è trabeo funerali ad militatæ campum festinus accurrere, sed inutus, atque detrectans, præmittens frustra legatos pacis, atque remittens, cum ad Deum exercituum magna fide convertus, quod petiit impetravit. Tunc ipse (inquit Aimonius) ac Comes ejus juvenis ac Litanis misericordiam Domini petierunt; iridentibus eos illis, qui erant cum Imperatore. Sed quid insuper? Fide pollens magis quàm copiam militariibus juvenis, inconcella tentat, securus de divina potentia, & certus de ejusdem protectione justitiæ: presumit quoque conscientia sincera mitacula. Ut enim ipsum adveniantem Imperatorem tyrannum, injustitiam omninò prosequi, & Deum persequi, palam ostendat, horrendum hujusmodi ob oculos ejus spectaculi ponit. Decem homines, subdit idem auctor, cum aqua calida, & decem cum ferro calido, & decem cum aqua frigida ad judicium misit coram eis qui cum illo erant, perentibus omnibus, ut Deus in illo judicio delectaret, si per jus & æquum ille habere debeat portionem de regno, quam pater suus illi dimisit ex ea parte, quam cum Carolo stante suo per confessionem illius, & per faceramentum accepit. Qui omnes ille si reperti sunt. Quid amplius? cum nullum prætermississet officium, quod ad pacem conciliandam consideraret esse profectum, coactus tandem armis decernere, longè viribus impar, vicit Imperatorem, jam solum turpi fuga lapsum, suæ conscientiam salutis. Coacta quoque fugere Imperatrix ipsa Rachelidis. In fuga ita est timore essentia, ut proiecisset ex utero foetum potius, quàm peperisse dici posset infantem haud diu futurum superstitem; quæ paucos ante dies Imperatorio ornatu in Synodo visa est omnibus admittanda, modò fugiens nec tugurio contegi potuit ad patientium. In hoc (inquit Annales Francorum) certamine contra Carolum proculdubio celsius dimicatum est. Nam, sicut captivi inde abducti narrare solent, apparet Ludovico, & his qui citò eo erant, tantus timor omnem exercitum Caroli invasit, prius se victos putarent, quàm ad pugnam venire. Et quod majoris est admirationis, equorum latera, quibus insidebant, calcatisbus tundeant, &

L. B. Thaur. vit. Human. Tom. IV.

crurentabant, & illi quasi ad spiritù ligati immobiles permanebant. Armis quoque suis pugnantibus, sed paucos vulnerabant, acies enim armorum, quasi retuse essent, neminem penitus ledebant. Aimon. l. 5. c. 34. Bar. r. 10. Ann. an. Dom. 876. 1213.

APORTHEGMATA ETHNICORVM.

Bias damnaturus quempiam ad mortem, lachrymatu est miseriam hominis, & merito deplorandam fortunam. Verùm cum dixisset quidam: Quid est quod defleas, cum in tuo sit arbitrio, condemnare aut liberare hominem? respondit Bias: Necessarium quidem esse, naturæ concolere: à lege autem & justitiæ regula discedere, magis perniciolum esse. Stob. serm. 44.

ZENO, cum ex eo quidam familiarium quæretent, qua possent ratione justitiam colere, nihilque injuriæ facere: Si semper, inquit, me vobis adesse existimabitis. Max. serm. 5.

ANTISTHENES negabat, sapientem virum obstrictum esse legibus ab hominibus promulgatis. Intellexit vir prudentissimus, sapientem obligatum esse virtuti, iuxta cujus normam vitam instituit. Leges enim non omnia præscribunt, sed ipsa ratio docet, quid turpe, quidque honestum, & virtutis regula utique ostendit, quid viris bonis agendum sit. Laert. l. 6. F.

Idem ajebat, homines virtute præditos sibi parare defensores non fortes tantum, sed etiam æquos & iustos. Nolunt enim defendi, si contra justitiæ leges aliquid admittant. Erasim. Roterod. l. 6. apoph.

Idem, cum Athenienses eò devenissent, ut Aristidem ostracismo (id erat damnationis genus, quod rellus peragebatur) in exilium agerent, ac rusticus quidam illiteratus testulam ad eum deferens justisset, ut Aristidis nomen inscriberet: Nolite, inquit Aristides, Aristidem: Cum ille negasset se nosse, molestè tamen ferret, quòd Justus cognominem diceretur: filius Aristides, & nomen suum inscripsit testule, ac reddidit. Tam leni animo ferebat injustam damnationem. Gravissimum autem vitæ innocenter actæ testimonium est, è tanta multitudine neminem extitisse, qui aliquid objiceret, quàm Justus cognomen, quòd ipse tamen sibi non imposuerat. Plur. in Aristide.

DEMOSTHENES eos homines imprimis laude dignos pronuntiavit, qui nullam anteponebant justitiæ utilitatem. Pecunias enim quisque possidere potest: at justitiæ gloria pecunias non emittit. Phavorinus. Verùm Stobæus id licet tractat dicitur. G.

Celebratur Jasonis Thessali dictum, quo se purgatæ solebat iis quibus molestiam aut vim attulisset: Qui magnis in rebus se justitiæ cultorem haberi velit, cum in parvis interdum illam violare oportere: velut in bello, quòd tuta sit Republica, agi, ut ædificia quorundam civium interdum perdantur. Erasim. l. 1. apoph.

ACRATATVS, parentibus postulatibus, ut sibi in re quæpiam injusta adesset, recusavit illis aliquandiu. Ceterum cum instarent, hunc in modum respondit: Donec esset apud vos, nullam omninò tenebam justitiæ scientiam: verùm ubi me patriæ tradidistis, patriæque, legibus, insuper & justitiæ & honestatè pro viribus docuistis, conabor huic magis obtemperare quàm vobis. Et quandoquidem hæc est vestra voluntas, ut quæ sunt optima faciam: optima verò sunt, quæ iusta sunt, cum homini privato, tum præcipue principatum gerenti: quæ vultis, faciam; quæ dicitis, negabo. Plur. in Laco.

Quibusdam Eleos hoc nomine prædicantibus, quòd in certaminibus Olympiaci essent justii iudices: Quid, inquit Agis, magni mirive faciunt, si intra quinque annos uno tantum die se justos præstant? Pergentibus autem laudare qui hæc ceperant, Quasi vero, inquit, mirum sit, si re pulchra nimium justitiæ pulchre utuntur. Non putabat vir sapientissimus, in eum competere justitiæ laudem, nisi qui per omnem vitam in omnibus actionibus justitiam coleret; hæc illi Olympiaci semel tantum intra quinque annos celebrabant. Plur. in Laco.

AGESILAVS scilicet ait: Utra virtus esset præstantior, Fortitudo, an Justitia? graviter respondit: Fortitudinis nullus esse usum, nisi ad justitiæ. Quòd si omnes essent justii, nihil opus fore fortitudine. Quo responso nihil præter æquum faciendum esse putavit. Plur. in Laco. apoph. Stob. serm. 6.

Idem cum cæteris in rebus esset rigidior, & exactè justii legumque tenax: tamen in amicorum negotiis existimabat, inhumanitatis ac severitatis prætextu esse, nimium adversum illos esse justum. Hujus rei testis est epistola quædam petrebvis, quæ fertur ad Hidricum Carem scripta, quæ cuida amico veniam deprecatur in hunc modum: Nicias, si nihil peccat, dimitte hominem: si peccat, mihi dimitte, sed omninò dimitte. Innocentem punire, scelus est: culpam interdum condonare in gratia

Ccc 4 ho

A depositum & custodiam: Jovisque non bellacissimum, nec violentissimum, & cruentissimum regem, sed justissimum alumnum, & discipulum vocavit. *Plut. in Demetrio.*

Justitiae nomine celeberrimo fuisse Minos Cretensem rex, Jovis & Europa F. Rhadamanthus ejusdem frater, uterque rex Creta, & Aacus Jovis & Eginæ nympha F. ut post obitum iudices inferorum facti credantur. Asiaticorum quidem Rhadamanthus, Europæorum verò Aacus. Minos, si quid ambigui incidisset, & iudicabat. Plato in Gorgia. Eusebius Minoem Rhadamanthi opera domi in legibus custodiendis, foris verò Thalæis usum scribit, qui Atei nomen obtinuit, quoniam tabulas areas per vicis circumferret. *Natalis Comes lib. 3. Mythol. cap. 7.*

PLATO filium Jovis fuisse ait Minoæ, & discipulum, quod rem justam ullam rectè gerere, vel percipere rectè gerentem nemo valeat, qui eam artem non haulerit, & complexus sit. *Plut. de Tarda Dei vindicta.*

MENANDRO eundem, qui justè apud Bacchos regnaverat, post in caltris defuncto, de cætero justa civitates promissè fecerunt: verum de reliquis eum consueverunt inter se, & agrè convenit inter eos, ut partibus æquis cinerum acceptis degererentur, excitarenturque apud omnes ejus monumenta. *Plut. in Preceptis politicis.*

ANTIOCHUS III. Asia rex, omnibus regni sui urbibus scripsit: Si quod in literis, quæ ejus nomine scriberentur, esset, quod legibus adversum videretur: credere, ignaro se ejusmodi litteras scriptas fuisse, & propterea eis non parent. *Fulg. lib. 6. cap. 5.*

ANTIGONI regis illud memorabile, asserente quodam, esse regibus honesta omnia, & iusta: Per Jovem, inquit, sed barbati: nobis verò ea modo honesta, quæ honesta, & iusta, quæ iusta. *Cælius lib. 23. cap. 14. A.L.*

Termino, cui Terminalia agunt, ac pro Deo habent, nihil immolabant animatum Romæ. quia non terminavit Romæ agrum Romanum: quod progredi liceret, eripereque, & ducere omne suum, ut ait Lacon ille, quod lanæa pertingat. At Numa Pompilius, qui vir fuit justus, politicus, atque in philosophia versatus, agrumque cum vicinis limitavit, finibusque consecravit, Terminum, ut soletur, & pacis speculatorem, & custodem, mundum à sanguine, & cæde, ac purum, putavit conservandum. *Plut. in Quæst. Rom.*

TRAIANUS Imp. ob justitiam, & humanitatem charus ad eum fuit, ut postea læta acclamationis, quoties crearetur Cæsar, præberetur formulam: Sis felicit Augulstus, melior Trajano. Aliquando præfectum legatos eligens, & gladium ei tradens, ferrum dixisse: Cape hunc enseni, & si bonus fueris, pro me; si malus, contra me eo utitor. *Suidas.*

THEOPHILUS Imperator, quia justitiae cultor erat, gravem se, & inexorabilem delinquentibus præbebat. Singulis igitur hebdomadis eques per forum cum satellitibus Imperatoris in aedem Deiparæ Blachernam ivit. Etsi enim sacris imaginibus honorem non habebat, Servatori tamen, & Dei matri se fidem servare profitebatur. Cum autem sic in publico versaretur, facilis aditu fuit, rerumque venalium curam habuit, & quanti quæque venderentur, curiosè indagavit. Quod si quæ magno venirent, præfecto de iis interrogato, vel Magistratum abrogabat, si peccasset, vel objurato eo, quid agendum esset, præscribat. Sic igitur aliquando prætercuntem mulier quædam accessit, quæ sibi injuriam fieri à Drungario Bigle querabatur (is Augustæ frater erat, nomine Petronas) qui cum in vicinia habitaret, ædibus in altum educendis, suis luminibus obtinueret. Ac illa sic Petronam accusabat. Is verò ab Imperatore accersitus, & quid mulier diceret, interrogatus, nugæ eam agere dixit. Tum Imperator, Cave, inquit, ne denuò eadem de re me appellet, quod tibi bono non est futurum; ac mulierem ad Petronam abire iussit, & nisi eidam rem retulisset, ad se redire. Quod cum illa fecisset, neque à Petrona quicquam impetrasset, re desperata, rursus Imperatorem interpellavit. Is statim quibusdam senatoribus mandavit, ut viderent, num damnum mulieri daretur. Abierunt illi statim, damnumque cognitum Imperatori renuntiaverunt; qui in forum processit, atque ibi certo loco stans, Petronam vestibus direptis, & in tergo, & in pectore verberari iussit, & quæ in fraudem mulieris struxerat, destrui materiamque & solum ipsum mulieri attribui. *Jo. Zonar. tom. 3. Annal. in Theophilo.*

Narrat Cedrenus de milite quodam, qui manu promptus equum habuit egregium, cujus opera sæpè ex prælio incolomis redierat. Huius equi amore captus, sub quo

is militabat, hominem timiditatis accusatum apud Imperatorem exaurator. Cum autem Theophilus Imp. equum insigni virtute cuperet habere, & missis in omnes partes mandatis, talem sibi queri atque afferri juberet, eam nactus occasionem duxit iste, militem equum invito admitti, & tanquam suum Imperatori mitit. Post, cum necessitas belli plures milites requireret, mandatoque Imperatoris omnes, qui arma ferre possent, in exercitum allegarentur, ille etiam miles addedit, dein domum revertetur. *r. Reg. 7.*

GODOLIAS Ahiem F. reliquis Judæorum, reliquis Babylonem abductis à Nabuzardanis regis Nabuchodonosor magistro equitum, præfectus fuit, qui illis jus diceret, in officio contineret, & ad agrum colendum hortaretur. Qui sua humanitate, & æquitate omnes sibi devinxit. Cumque fuissent amici, ut Ismaelem Nathanæ F. qui de regio genere erat, & rebellaturus videbatur, clam interficeret; acquiescere noluit, tanti se regnum non facere dicitans, ut innocentem interficeret. Non multo post Ismael Godoliam in convivio interfecit. *4. Reg. 25. & Josephus lib. 10. c. 11.*

Q. MUTIUS Scævola Pont. Max. filius P. Mutii, proconsul Asiæ admittit, ut non postquam in eam provinciam iturus magistratibus exemplum atque forma officii Scævola proponeret.

Boetius, homo non minore integritate, quam eruditione ornatus, memorabiliter consultatum ann. 522. administravit, gravibus, ut ipse scripsit, cum improbis hominibus inimicitis, pro tuendo privatorum jure, sprete potentium offensione, succedens. Siquidem Conigatio in imbecillis casuque fortunæ invadenti occurrit: Trigullam regis domus præpositum ab incepta & perpetrata jam profusa injuria revocavit: miseros homines, quos infinitis calamitatibus impunita Gothorum avartitia vexabat, objecta periculis auctoritate, protexit: provincialium fortunæ tum privatis rapinis, tum publicis vestigialibus pefundari non aliter, quam qui patiebatur, indoluit. Cum, acerba fame sevientem, gravis atque inexplicabilis indicta coemptio, profugitara Campaniam videretur, certamen adversus præfectum prætorii communis commodi ratione suscepit, ac tege cognoscendo contendit, & ne coemptio exigere, evicit. Paulinum consularem virum, cuius opes Palatinus canes jam spe atque ambitione devorassent, facibus eorum eripuit: ne Albinum consularem virum præjudicæ accusationis pena corripere, inimicitis se Cypriani delatoris opposuit. Verone autem cum Theodericus rex majestatis crimen in Albinum delatum ad cunctum senatus ordinem tradere moliebatur, maxima periculi sui securitate defendit. His de causis cum regis ac cæterorum in se odia concitasset, postero anno, postquam consultu abijt, Ticinum relegatus obijt. *Sigonius lib. 16. Imperii occid.*

BALDUINVS IX. Habkin, id est, Securis, vel Dolabra cognomen, à robore corporis, Flandria Comes, primus nobilitatem legibus, & armis compescere ausus fuit, undecim eorum strangulare iussit, quod tres mercatores spoliasset, & interfecissent. Fures & latrones coercuit, iniquos Magistratus acerrimè punivit. *H. Henninges in Gen. Comit. Fland.*

ROBERTVS III. Scotorum rex, cum Scona coronandus esset, ac concursu populi Canonico rum feretis procularentur: grandem pro corruptis legibus statim pecuniam periolvit, ne quicquam suo nomine dammum pateretur ulum. Cum oppido aliquo excederet, vocatos per præconem obsoniorum venditores ac cenophas rogabat, num quispjam ex aula sua non reposito omnium emptorum pretio abivisset. Pauperum querelas æquissimis audiebat auribus, & damna sarciebat. *H. Boeth. 1. 16.*

Sub Ferdinando, & Isabella Catholicis principibus, per omnes ditionis illorum regiones juris dicendi causa oberrantibus, justitia à cælo postliminò reversa fuisse videtur: quorū edicto amoris viri interdicitur, vigiliat, & severitate fecera omnia, & graviss. punita fuer. *Maurusius 1. 21. verum Hisp.*

SANCTVS Bentivolus in filium adoptatus ab Angelo Cæscæ, sullanarium exercuit Florentie. Acutus à Bononiensibus ad gubernationem A. C. 1446. & Joannis pueri defensionem, minus hoc suscipere recusat: verum persuasus à H. Cosimo Medice, tandem id aggressus, tanta dexteritate prudentiaque omnia gessit, ut unus tanquam justus princeps cuncta gubernaret. Moritur A. C. 1462. *H. Henninges in General. Bentivol.*

TERTIUS Tigranis filius, cum à patre defecisset, ab eodem bello superatus, ad Romanos confugit, quamvis nepos Mithridatis ex filia. Sed magna fama erat apud Barbaros justitiæ Pompeji ac fidei: cui credulus etiam pater Tigranes, ne caducatore quidem præmisso, ad eum profectus est, permittens ejus arbitrio jus omne suum, & acculaturus filium apud iudicem. *Appianus de Bellis Mithrid.*

DUCES BELLICI. ENGBERTVS, libertino patre natus, qui Sveones, & Gothos ab Erixi Pomerani tyrannide liberavit, dux Dalaciorum rusticorum, quorū ad c. millia sub signis habebatur, trium mensium spatio, perpetuo victoriarum cursu tyrannos sustulit, absque injuria eorum, per quorum agros exercitum traduxit: ut proverbio etiamnum circumferatur, exercitū ejus ne valorem quidem unius gallinæ cuiquam abstulisse. *MAGL-*

A MAGISTRATUS QUIVIS ALII.

SAMUEL Propheta Ramathæ habitans in monte Ephraimitatum, jus dixit Israelitis primū apud Maspham, ubi in genti clade Palaestinos affecit sacrificans. Iis domitis, quottannis Bethel, Galgala & Maspham obiens, Israelitis jus reddedat, dein domum revertetur. *r. Reg. 7.*

GODOLIAS Ahiem F. reliquis Judæorum, reliquis Babylonem abductis à Nabuzardanis regis Nabuchodonosor magistro equitum, præfectus fuit, qui illis jus diceret, in officio contineret, & ad agrum colendum hortaretur. Qui sua humanitate, & æquitate omnes sibi devinxit. Cumque fuissent amici, ut Ismaelem Nathanæ F. qui de regio genere erat, & rebellaturus videbatur, clam interficeret; acquiescere noluit, tanti se regnum non facere dicitans, ut innocentem interficeret. Non multo post Ismael Godoliam in convivio interfecit. *4. Reg. 25. & Josephus lib. 10. c. 11.*

Q. MUTIUS Scævola Pont. Max. filius P. Mutii, proconsul Asiæ admittit, ut non postquam in eam provinciam iturus magistratibus exemplum atque forma officii Scævola proponeret.

Boetius, homo non minore integritate, quam eruditione ornatus, memorabiliter consultatum ann. 522. administravit, gravibus, ut ipse scripsit, cum improbis hominibus inimicitis, pro tuendo privatorum jure, sprete potentium offensione, succedens. Siquidem Conigatio in imbecillis casuque fortunæ invadenti occurrit: Trigullam regis domus præpositum ab incepta & perpetrata jam profusa injuria revocavit: miseros homines, quos infinitis calamitatibus impunita Gothorum avartitia vexabat, objecta periculis auctoritate, protexit: provincialium fortunæ tum privatis rapinis, tum publicis vestigialibus pefundari non aliter, quam qui patiebatur, indoluit. Cum, acerba fame sevientem, gravis atque inexplicabilis indicta coemptio, profugitara Campaniam videretur, certamen adversus præfectum prætorii communis commodi ratione suscepit, ac tege cognoscendo contendit, & ne coemptio exigere, evicit. Paulinum consularem virum, cuius opes Palatinus canes jam spe atque ambitione devorassent, facibus eorum eripuit: ne Albinum consularem virum præjudicæ accusationis pena corripere, inimicitis se Cypriani delatoris opposuit. Verone autem cum Theodericus rex majestatis crimen in Albinum delatum ad cunctum senatus ordinem tradere moliebatur, maxima periculi sui securitate defendit. His de causis cum regis ac cæterorum in se odia concitasset, postero anno, postquam consultu abijt, Ticinum relegatus obijt. *Sigonius lib. 16. Imperii occid.*

BALDUINVS IX. Habkin, id est, Securis, vel Dolabra cognomen, à robore corporis, Flandria Comes, primus nobilitatem legibus, & armis compescere ausus fuit, undecim eorum strangulare iussit, quod tres mercatores spoliasset, & interfecissent. Fures & latrones coercuit, iniquos Magistratus acerrimè punivit. *H. Henninges in Gen. Comit. Fland.*

ROBERTVS III. Scotorum rex, cum Scona coronandus esset, ac concursu populi Canonico rum feretis procularentur: grandem pro corruptis legibus statim pecuniam periolvit, ne quicquam suo nomine dammum pateretur ulum. Cum oppido aliquo excederet, vocatos per præconem obsoniorum venditores ac cenophas rogabat, num quispjam ex aula sua non reposito omnium emptorum pretio abivisset. Pauperum querelas æquissimis audiebat auribus, & damna sarciebat. *H. Boeth. 1. 16.*

Sub Ferdinando, & Isabella Catholicis principibus, per omnes ditionis illorum regiones juris dicendi causa oberrantibus, justitia à cælo postliminò reversa fuisse videtur: quorū edicto amoris viri interdicitur, vigiliat, & severitate fecera omnia, & graviss. punita fuer. *Maurusius 1. 21. verum Hisp.*

SANCTVS Bentivolus in filium adoptatus ab Angelo Cæscæ, sullanarium exercuit Florentie. Acutus à Bononiensibus ad gubernationem A. C. 1446. & Joannis pueri defensionem, minus hoc suscipere recusat: verum persuasus à H. Cosimo Medice, tandem id aggressus, tanta dexteritate prudentiaque omnia gessit, ut unus tanquam justus princeps cuncta gubernaret. Moritur A. C. 1462. *H. Henninges in General. Bentivol.*

TERTIUS Tigranis filius, cum à patre defecisset, ab eodem bello superatus, ad Romanos confugit, quamvis nepos Mithridatis ex filia. Sed magna fama erat apud Barbaros justitiæ Pompeji ac fidei: cui credulus etiam pater Tigranes, ne caducatore quidem præmisso, ad eum profectus est, permittens ejus arbitrio jus omne suum, & acculaturus filium apud iudicem. *Appianus de Bellis Mithrid.*

DUCES BELLICI. ENGBERTVS, libertino patre natus, qui Sveones, & Gothos ab Erixi Pomerani tyrannide liberavit, dux Dalaciorum rusticorum, quorū ad c. millia sub signis habebatur, trium mensium spatio, perpetuo victoriarum cursu tyrannos sustulit, absque injuria eorum, per quorum agros exercitum traduxit: ut proverbio etiamnum circumferatur, exercitū ejus ne valorem quidem unius gallinæ cuiquam abstulisse. *MAGL-*

Lacedæmonii non prudentes tantum, sed & justos consiliarios habere volebant. Ideoque aliquando repernerunt consilium aliquo bonum, sed ab illudato homine profectum: curaveruntque, ut illud ipsum ab alio, quamvis minus dicto, melioris tamen notæ viro, pronunciatetur. *Fulgosius 1. 6. cap. 4. ex Plut.*

ATHENIENSIS legitimus Aristidem passim Siraos solitum dici. Cæc planè cunctis eo insigni antecesserit, quando & solitudine plurimum oblectaretur, societateque quantum poterat declinat; quod diceret, amicorum potentiam per sepe ad injuriam hortari. *Cælius lib. 22. c. 19. A.L.* Eum Theophrastus inquit in rebus privatis, & erga cives summè justum, in Rep. tamen multa ad tempora patriæ, quasi multa iniqua illa flagitare perperasse. Etenim cum deliberaretur, an pecuniam ex Delo contra sedes Athenas deportarent, &

idque essent Samii auctores, illum dixisse: Non hoc justum Equidem, sed esse utile tamen. *Plut. in Aristide.*

LYCVRGVS orator fuit Atheniensibus perpetuo probatus, habitusque justus est, ut & in iudicis Lycurgi dictum pro patre oratione eliet ei, cui advocatus esset. *Plut. in vita ejus.*

HERODOTVS ait, Glaucium Lacedæmonium, Epicydidis, filium, tam celebri, & incorrupta fuisse justitia, ut ad eum videndum multi alienigenæ Spartam convenirent: quam postea tamen gravi perfidia obscuravit in totius generis sui perniciè.

T. POMPONIVS Atticus, eques Rom. & amicus Ciceronis (quem ab urbe pulsum sestertius cæxi. millibus juvit) vir gravissimus, quæ religiose pollicebatur, præstare omnidiligentia nitebatur. Quæ propter ei res suas amici curandas ceteratim dabant, consiliumque ab eo de Rep. deque rebus magis petebant. *Corn. Nepos.*

JUDICES CERTI, VEL DELEGATI: ARBITRI. Medis ab Assyriis deficientibus, & de rege eligendo delibantibus, Deoces judex justissimus, propter æquitatem rex Medorum constituitur. *Herod. lib. 1.*

EGYPTIIS regibus ex præscripto legis antique moris fuit, iudices mox futuros jureruntando adigere, ne si rex quidem in iustis quippiam in iunxisset, à virtutis medio declinatus, nec lineam omnino (quod dicitur) moturos. Adicit *Diod. F. 1. 1. c. 4.* Simandii regis monumento parte quadam, iudicum stertile signa xxx. numero absque manibus, eorumque principem ita constitutum, ab ejus ut collo suspensa præponderaret Veritas, ipse autem esset oculis paulò minus clausis, librorum cumulo circumjecto, ceu veritas modò fit inspicenda. *Stobæus ser. 43. & Cælius lib. 22. cap. 14. A.L.*

PLVTARCHVS in vita Demetrii indicat, exactum iudicium vulgato proverbio βακχιονος κριτος appellari solere, perinde quasi Rhadamanthum dicas, aut Minoem. *Plut. de Vita ista cæcurnitate testatur, fabulam de Bocchori Aegyptiorum rege jactatam fuisse, quod cum esset natura gravis, & aulentis, Iis illi alpidem immittere solita sit, quæ capiti circumvoluta, supernè hominem innumbareret, ut offento territus, nisi de causa jam comperta, & certis argumentis prehensio rectè iudicaret. Suidas. & Consule Tit. Indices prudentes.*

Apud Athenienses novem principes erant, quibus Respublica concedita erat; qui cum eligerentur, religiose jurabant, se justè iudicatos esse, neque munera accepturos, aut autem statum erechuros publicè. *Heracles de Polit.*

Areopagite litium controversas non intravit, sed noctu G & obscura luce iudicabat, ut procul ab omni affectu, qui animos in diversum agit, ferre possent iudicium. Non enim ignorabant, hominis aspectu, cultu, vestitu, gestibus ita moveri interdum iudicem, ut à justitiæ, & æquitatis tramite decedere cogatur. *Alex. ab Alex. 1. 3. c. 5. ex Luciani Hermotimo & Anacharside.* Lege apud eosdem cautum fuit, ut qui causam diceret, nec proœmio uteretur, nec ad misericordiam aut invidiam iudices adduceret, ne cui plus in misericordia, quam in causa spei esset. *Ibid.* Hinc proverb. de severtis, ἀπειραξίτης.

AGIS Spartanorum rex, Elios quibusdam celebrantibus, quod honestè, & justè Olympia ageret: Egriam verò rem, inquit, si quinto quoque anno Elii iustitiam uno die colant. *Plutarch. in Lycwz.*

BIANTIS Prienæi integritas in iudicandis causis, proverbio locum fecit: Prienensis justitia *Herodotus dicit.* Damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatum est miseriam hominis, & merito deplorandam fortunam. Verum quomodo dixisset quidam: Quid est quod defleas, quem in tuo sit arbitrio, condemnare aut liberare hominem? respondit Bias: Necesse fariūm quidem esse, nature condolere: à lege autem, & justitiæ regula discedere, magis perniciōsum esse. *Stob. serm. 44. & Strabo 1. 9. Geographia c. 14. & Laert.*

PITTACVS Mitylenensis justissimus, cum iure de agri possessione inter Athenienses, & Mitylenæos ageretur, electus iudex, pro Atheniensibus pronunciat. Quocirca Mitylenæi principatum ei detulerunt, quem ipse tenuit, quoad res civitatis suæ constituerentur, & in meliorem adducerentur statum: postea deposuit. *Laert.*

DOMITIANVS Imp. jus diligenter dixit, ac acquisivimè: tantamque curam in coercendis magistratibus adhibuit, ut neque modestiores unquam neque iustiores extirperet. *Cyp.*

Tanta justitiæ M. Antoninus Pius fuit, ut multi reges multæque nationes, positis ejus iustis armis, ad hominem contentioveritas suas litelque desertent, ac ejusdem sententiæ statim parentent. *Platina ex Capitolino.*

Mater amisso filio libertos ejus eosdèq; cohæredes suos fassi &

A Hypsipyle regina Thoantem partem procul ablegatum sola servavit. Ob eam pietatem a reliquis in exilium ejecta, apud Lycurgum Nemeorum regem nauticis officio functa est. Sa- bellicus lib. 7. Em. 1.

Cum publicanus aliquando manus Xenocrati philosopho iniecit, eumque ad Metecium, quod carceris locus Athenis est, duceret, occurrens Lycurgus orator, baculum capiti ejus impexit, ac Xenocratem liberavit: illum, quod inhoneste egisset, in carcerem conjecit. Quo ex facto quia celebrabatur, brevi post cum incidisset in Lycurgi filios Xenocrates: Cito patri vestro, inquit, retuli filii gratiam; commendatur enim, quod mihi succurrerit, a multis. Plur. in vita Lycurgi.

Romanis ob severam cunctam justitiam orbis terrarum imperium a Deo concessum, D. August. lib. de Civitate Dei differ- tiam affert.

C. Luctus, ex C. Marii sorore natus, homo aliqui acer, a Crebentio adolescente, cuius pudicitiam vim inferre conatus fuerat, interfectus fuit. Abertam forte consul. Qui ad milites reversus, postquam ex Trebonio ad iudicium voca- tus ad causam accepit, adolescentem pro concione lauda- tum corona donavit. Id justitiam exemplum, tertium C. Ma- rio consularum peperit. Sab. lib. 2. Em. 6.

DUALDES avus Othomanni I. Turcorum tyranni, ob jus- titiam in libris diducandis Oguziorum rex factus est. Chalacocondylas lib. 1.

RANIMIRUS sive Raimirus, Sanctii Navarre regis spu- ritus, Geloriam novetiam falso a propriis filiis de adulterio accusatam, monomachia oblata defendere parabat. Innocen- tia autem regine per confessorem asserita, regina prateritis liberis propriis, Raimirum Aragonie regno sibi dotali dona- vit: usque adeo primus Aragonum rex factus. Rodericus To- letanus lib. 5. rerum Hispanicarum, cap. ult.

August. bis commemorat hoc exemplum, hom. 9. & 50. & ser. 21. de verbis Apostoli. Dicam, ait, quid fecerit homo quidam pauperissimus eo tempore, quo S. Ambrosius Medio- lani erat Episcopus, ubi tunc presens erat etiam Augustinus nondum Episcopus. Tam pauper erat ille, de quo loquimur, ut Profcholasticus esset Grammatici, sed plane verus, & perfectus Christianus. Sed melior fuit ille, qui ad velum stabat, quam qui in Cathedra sedebat. Pauper ergo iste in- venit sacculum ducentorum solidorum, memor tamen di- vine legis, proposuit pittacium publicum (qui solidos perdidit vine legis, proposuit pittacium publicum) ille qui planiens circumquaque vagabatur, invento, & lecto pittacia venit ad hominem: Et ne forte alienum quaereret, sed suum, quaerit signa; interrogavit sacculi qualiter, solidorum etiam numerum. Cum omnia fideliter etiam ille respondi- set, reddidit quod invenerat: ille repletus gaudio, & qua-rens vicem rependere, tanquam decimas obtulit illi solidos viginti, noluit accipere: obtulit decem, noluit accipere: saltem rogavit, ut vel quinque acciperet, noluit: ille si ma- chans projecit sacculum. Nihil perdidit, ait: Si non vis a me aliquid accipere, nec ego aliquid perdidit. Quale certamen, fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis confictus Theatrum mundus, spectator Deus. Victus ille, quod offer- rebatur, accepit, & continuo torum pauperibus erogavit, unum in domum suam non misit, &c.

ALEXANDRI Severi Imp. in colenda justitia firmitas, & constantia, cum sepe aliis, tum maxime in Partica expedi- tione respiciuntur. Nam cum esset Antiochia, seque ad diffi- cilem bellum praepararet, quo tempore Imperatores solent in- dulgere militibus, ac paternis officiis exercituum demulcere, ipse potissimum equi solum habita ratione, multos quosdam milites coniecit in vincula, legionemque pro illis ru- mulantem auctoravit, vixque rogatus post dies trigin- ta restituit. Dignus qui etiam ethnicis, tamen victoriam de superbo Persarum Rege reportaret, quem nulla equitas, sed tantum mentis tumor, & falsus ad bellum incitavit. Nam litteras ab Alexandro de pace missas contempsit, arro- gantia plane barbarica. Ergo Artaxerxem superbia elatum Alexander gloriosa victoria superavit. Et certe Romanos licet Deorum cultores, tamen morum proborum ornamen- tis honestatos, a vero Deo adjuutos esse, in acquirenda ditio- ne regnum, pluribus disputat S. August. de Civit. Dei, lib. 5. cap. 12. & 13. Herod. lib. 6.

JUSTITIA ORIGINALIS QUAE ET UNDE DICTA. Justitia Originalis non est illa, quae supra dicitur princeps & regina virtutum, atque una e cardinalibus, in voluntate

hominis sedem habens: neque illa, quae justitiam evadimus remif- sis peccatis: Sed est naturalis perfectio, & rectitudo totius hominis, omniumque facultatum illius optima dispositio, & potentiarum animae adfectio, inter se, & in ordine ad proprios suos actus.

Dicitur autem originalis, quod eam Deus homini dede- rit ab origine, quodque per originalem generationem tran- sferenda erat ex Adamo in posterum illius, non quidem po- testate seminis, aut causa naturalis, sed proxime a Deo, haud secus quam anima rationalis. Eratque simpli- ter donum supernaturale, gratuitum, eatenus tamen natura- le erat, quatenus hominem non perficiebat in ordine ad fi- nem supernaturalem, neque ad actus supernaturales: sup- plebat enim dumtaxat naturae defectus, & naturalis homi- ni integritatem praestabat, ac rectitudinem. Eratque in omnibus animae potentis tanquam subiecto: iis, inquam, per quas homo secundum statum naturae integer, & perfectus reddebat.

ILLIUS EFFECTUS.

Effectus Justitiae originalis erat, partem hominis, sive animae superiori moderati, ut secundum rationem, & F voluntatem Deo subiretur. Ita etiam regebat partem inferiorem, conformando eam, & sensus ad rationis, & spiritus imperium.

Tertio, homo non propendebat ad malum, nullamque bene agendi sentiebat molestiam; quod vocant Theologice rectitudinem.

Quarto, habebat perpetuam conscientiae quietem, animi- que letitiam.

Quinto, ita ordinata perficiebat omnes vires naturae, ut superiores imperarent inferioribus; neve actiones unius retardarent actiones alterius, efficiebat.

Denique praestabat felicitatem, quae ab homine natura- liter expectari poterat, etatque posita in hoc, quod, ut inquit August. lib. 14. de Civitate Dei, cap. 10. nullum hominum in abesse, quod recta voluntas posset optare; nullumque ad- esse malum, quod hominis feliciter viventis carnem vel ani- mam offenderet.

QUIS EAM HABUERIT.

Soli primi parentes in Justitia originali creati fuerunt, & hoc donum rectitudinis acceperunt. Primo, id voluit signi- ficare Moyses, cum dixit: Erant nudi ambo, & non erubescerant; post peccatum enim continuo agnoscetes nuditatem, eam quasi pendendum quid, quamprimum obte- gere voluerunt. Praeterea hujus rei fidem facit immortalitas Adamo promissa, si praecipuum Dei custodiret: Sic enim poterat non mori, ita poterat non peccare.

JUSTITIA DIVINA. Citati vel provocati a Tribunal Divinum. Quare me- morabiles historias in Loco de Appellatione. Th. Appellatio ad tribunal divinum. Item ex Loco de Injustitia poena.

Justificatio.

DEFINITIO ET ACCEPTIOES VARIAE.

Justificatio usurpatur tripliciter in S. Scriptura: Primo, ut sit idem quod facere iustum. ad Rom. 4. vers. 5. Secundo, ut idem sit quod facere iustitiam: Eccl. 18. vers. 22. & Jacob. 2. vers. 24. Tertio, ut sit declarare aliquid iustum a Pro. 17. vers. 5. Estque acceptio Calviniana, & assecularum: cum prima & secunda sit acceptio Catholicorum, qui justificationem in- telligunt acquisitionem, & augmentum justitiae; unde ex sen- tentia Ecclesiae, duplex est justificatio, prima, & secunda.

Prima vocatur translatio a statu peccati in statum gratiae, quando mortui peccatis, ut loquitur S. Petrus 1. Epist. 6. 2. vivimus iustitiae. Sive quando quis ex injusto fit iustus, & consistit cum infusione, sive acquisitione Justitiae: tum in remissione, sive expulsiōne peccati.

Disposiciones ad Justificationem primam. Primum & reliquarum fundame. uti, est Fides Catholica, qua credamus, vera esse, quae a Deo sunt revelata. Ex hac oritur Ti- mor divine justitiae, & spes misericordiae ejusdem; hanc sequitur amor Dei, detestatio peccati, propositum vitae melioris, & ma- datum observatio; atque haec dispositiones in adultis exiguntur, non

A non ex natura rei, sed ex voluntate, & decreto Dei; neque iis meram primam justificationem, ut quae merè est gra- tuita: ut aperit docet Conc. Trid. sess. 6. c. 8. & S. Thom. 1. 2. q. 11. art. 5. Secundam enim Justificationem, hoc est aug- mentum justitiae, & mereretur, eaque nobis conferretur a Deo, propter merita operum bonorum.

CAUSA JUSTIFICATIONIS.

Formalis causa primae justificationis est Justitia habitua- lis, quae homini infunditur: quae nihil est aliud, quam gratia gratum faciens: quae ex natura sua repugnat peccato mor- tali, sic ut simul in eodem subiecto esse nequeant. Materialis est anima hominis iusti, è cuius potentia obediētiā edu- citur gratia a Deo; quamvis alii sentiant, eam de novo creati. Finalis est salus illius qui justificatur: Dei honor, & glo- ria Christi hominis. Efficiens principalis, est Deus. Instru- mentalis, Christi humanitas, & Sacramenta, videlicet Ba- ptismus, & Penitentia; reliqua enim potius sunt instrumenta augmenti Justitiae: sive Justificationis secundae, causa meri- toria est Christus Jesus, ut docet Conc. Trid. sess. 6. cap. 7.

ORDO EJUSDEM.

Ultima dispositio ad justificationem gratiam, & ipsius gra- tiae infusio, ac peccati expulsiō, simul in homine fieri, ipe- rato ordine temporis, certum est. At si naturae ordinem attendimus, primum fit dispositio, deinde infusio gratiae habitualis, tertio expulsiō peccati.

Docet Joan. Calvinus, justificationem hominis consistere in sola peccatorum occultatione, sive quod nobis non impurentur: eo quod justitia Christi nobis imputetur, ca- que nos justos extra nos reddat, ad quod alia res opus non est, quam ut fidem eam apprehendamus, certoque credamus, omnia peccata propter Christum nobis remissa. Quae fides, ut solis datur praedestinatio, ita & securum fa- cit habentem de praesentis justitiae perseverantia, & vita aeterna, neque opus habet adminiculo bonorum ope- rum. Et cum hac Justificatione homo manet impius, & pec- cator in se, ejusque opera immunda sunt & spurca, imò mor- tificera: nisi quod per Christi Justitiam nobis minime in- herentem tequantur, non tollantur. Ita Calvinus in Anti- do Concil. Trid. & l. Instit. 4. cap. 15. §. 10. l. 3. c. 11. §. 2. 3. 4. & 22. 23. cap. 16. §. 1. cap. 14. §. 4. 11. & aliis locis.

* Juventus.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Juventus, Gr. νεότης, & νεός, juvenis dicitur. Est autem ju- ventus prima refrigerativa: particula augmentatio, se- cundum Arist. lib. de Motu & Vita. Juvenis est, qui ado- lescentiam aetatem excessit, ut Marcellus testatur, à juvan- do, quod ea aetas maxime sit ad laborem tolerandum apta, hinc juvenescio, id est, juvenis fio.

Juventus, Hebr. Nahaar Nahaar, Nebharat Nahaar. Ju- ventus, pueritia, omnes dies juventutis. Nahaar, juvenis, puer qui est inconsideratus, & praecipit fertur ad omnia. Hinc Nahaar, Nahaarab, puella. Omnia haec nomina oriuntur a verbo Nahaar, id est, excussit, exurbariv, vehementer in praecipit deiecit. Juvenes certe multa praecipitant agunt. Juventus nonnunquam ipsam aetatem juvenilem signifi- cat, interdum frequentiam juvenum.

JUVENUTIS MORES.

Imberbis juvenis, tandem custode remoto, Gaudet equi cambusque, & aprici gramine campi, Cereus in vitium flecti, monitoribus asper, Vitulum tardus provisor, prodigus eris, Sublimis, cupidusque, & amara relinquere pernis. Horat. in Arte Poet.

Juvenes sunt moribus cupidi, ad ea, quae concupiscunt, consicienda parati sunt, & ex corpore voluptatibus, vene- reis potissimum dediti, earumque impotentes sunt, inconsan- dantes, quas concupiscunt, fastidium. Valde concupiscunt, sed protinus conquiescunt, quia acutas habent voluptates, non longas, ut agrotantium fames, & sitis. Sunt ad excan- descantiam proclives, & ad eum impetu sequuntur parati, & ita obnoxii, quia ob honoris desiderium se parvi fieri pati non possunt, quod aegre ferunt, si sibi fieri injuriam arbitran- tur. Honoris, imò victoriae cupidi sunt: bonis moribus praediti, ceteri, sed bona pleni, & facile decipiuntur. Fortiores sunt, non acrius, sed multum confidunt: verecundi, ma- gnanimi, & honeste facere cupientes. Idem Rhet. lib. 2. Datur aliqui atati, fit adolescentiam libertor, non omnia

voluptatibus denegentur, non semper superet vera illa, & directa ratio: vincat aliquando cupiditas voluptatque ratio- nem, dummodo illa in hoc genere praescriptio, moderatio- que teneatur: parcat juvenus pudicitiae suae, ne spoliat alic- nam; effundat patrimonium, ne fenore trucidetur, ne incur- rat in alterius damnium aequae famam, ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quem interimat, ne interfit infidus, scelere carcat: postremo, quum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad limum aetati, at- que ad inanes haec adolescentiae cupiditates, revocet se fal- quando ad curam rei domesticae, rei forensis, Reipublicae, ut ea, quae ratione antea non perspexerit, fatietate abjecisse, experiendo contempsisse videatur. Pro M. Cel.

EXERCITATIO.

Menander.

Αγαπᾷ τὴν αἰσῶν ἰδὼν ἄδῳς, διαπίπῳ. Virgo juvenutis penitus nihil a flore asserit. Μῦθος νεότης, ὅς ἔστιν ἰσὼν νεότης. In memoriam redige juvenus existens, quod senex erit quandoque.

Νεὸν νεπύδων νεὸν ἔνεσθαι πῶδαρ. Juvenis existens multa bona disce. Νεὸν ὃ νεπύδων ἰδὼν νεπύδων. Juveni autem magis tacere quam loqui convenit. At si tardus eris, errabis, transtret aetas, Tibull. l. 4.

Quam cito non segetis sit, remeatque dies: Quam cito purpureos deperdit terra colores: Quam cito formosus populus alta comas: Quam jacet, infirme venire ubi facta senectus, Qui prior Eleo est carcere missus equus. Vidi iam juvenem, premeret cum serior aetas, Maerentium, fultus praeterisse dies.

Juvenes quatuor ferè discere consueverunt, litteras, gym- nasticam, musicam, & pingendi peritiam. Litteras quidem & picturam tanquam ad vitam utiles, gymnasticam, ut quae ad fortitudinem pertinet. De musica ambigitur: nam nunc, multi voluptatis causa illam addiscunt: veteres verò inter discipulas eam collocarunt, quia natura quaerit non solum in negotio rectè, sed etiam in otio laudabiliter posse versari. De Juventutis moribus, & studiis.

ΑΡΟΡΗΘΕΓΜΑΤΑ.

DEMOCRITUS, robur & pulchritudinem juvenutis bonum esse, senectutem prudentiae florem esse dicebat. Max. ferm. G de senect. juvenut.

SIMONIDES dicebat, hominem, quandiu vivit juvenis, & vegetus, & animo levi esse praeditum, multa irrita cogitare, neque senectutem sibi asfuturam, neque mortem expectare, indulgere otio, nec intelligere, quam breve sit juvenutis ac vitae tempus datum hominibus. Stob. ferm. 96. Ut paucis omnia, sic juvenis ab Horatio descriptus est: Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator.

JUNCUS philosophus, juveni multa eximia dona tum in ani- ma, tum in corpore Deum contulisse dicebat, quae semper augentur, nempe magnitudinem, robur, formam, gratiam re- fulgentem, mentem confirmatam, prudentiam, & orationem animi honorum munitiam. Multa ex artibus, & scientiis luca- tur. Quod si infortunium aliquid ei inferat morbus, aut paupertas, aut ignominia, singula perferre potest, & tan- quam bonus athleta quemvis calum sperat. Stob. eod. ferm.

SOLON lege sanxit, ne quis admodum juvenis ad magistrat- um aut consulationes admittatur, quamvis prudentissimus esset vitus. Stob. ferm. 112.

PLUTARCHUS juvenes hortabatur, ut haec tria habere cu- H rarent, in animo Temperantiam, in lingua Silentium, in ore Pudorem. Ant. ferm. de juvenib. virtute praeditis.

Idem, Decet juvenes (inquit) emulari seniores, ut la- ctens pullus equae cursum comitatur, & ut Plato dicebat, de metro aquae miscendo furentem à sobrio temperari. Stob. ferm. 112.

ARISTOTELES laudabiliorum, & magis necessarium tem- perantiam in juvenibus, quam senibus esse dicebat. Nam juvenes plus quam senes cupiditatibus tentantur, lib. 3. Top. & 13. Ethic.

Scito dignissimum est juramentum, quod Ephebi Athe- nienles Reipublicae praestare solebant. His verbis autem fuit conceptum: Non ignominia afficiam arma facta, neque des- teram meum commilitonem, quo cum junctus fuero. Duni- cabo pro aris & focis, & solus & cum multis. Patriam non detelinquam in deteriori statu, sed ampliori meliori: quam acceptum. Semper magistratu praefecto prudenter obe- diam,

A diam, & legibus constitutis parebo atque aliis, quibuscumque plebiscitis. Quod si quis leges vel irritas facere, vel eis non obtemperare velit, non concedam, sed ulciscar, & solus, & cum pluribus. Sacra quoque parva colam. Horum dii mihi testes, & concilii sunt. *Stob. serm. 41. de Repub.*
*** Inventum consilia insulcia, & exitiosa. E. contra, Seniorum sana, & salicia.*

A senibus senatum Prisci dixerit, quod senes Rempub. gubernare, ac labefactam erigere possunt, & consilio suo Principum negotia dirigere.

ANALOM seniorum consilia spreuit, & juvenibus auscultavit, unde & paterni regni invasor exitit, & vitæ ejusdem insidias improbus parricida struxit. *2. Reg. 13. 14. 15. & seg.*

CICERO introducit alibi Poetam interrogantem, quinam everterint Rempublicam? Et subjicit: Oratores novi, stultuli adolescentuli.

Patens Urbis Romulus gerendæ domi Reipublicæ senes statuit: unde senatus dictus. Hi non ab autoritate modo, verum & ab ætate Patres vocati. Et cum in anno disponendo, primum mensem Marti, Veneri secundum dedicasset, à majoribus, id est, senibus, nominavit tertium. Tanti enim ducebat senectutem, ut proximum à Diis locum, nominandis mensibus, ætati huic tribuerit. Quod si qua unquam in Republica virtuti locus fuit, haud scio, num quæ sit in hac re, sicuti nec in magnitudine Imperii, cum Romana comparanda, quod eam non oratores novi, stultuli, adolescentuli, ut ille inquit, sed Senes maximè administrabant: qui quod consilio, & prudentia valerent quam plurimum, domi forsique rem bene gerebant.

AGESILAUS sua prudentia cavet, ne post Leutricam pugnam Lacedæmona Thebanis capta diriperetur.
 NESTOR, consilium Agamemnonis in Trojano bello administrando, quam omnium Imperatorum, & militum fortitudinem, plus faciebat.

ROBOAM plus quam dodrantem regni amisit, quod veteribus consiliariis non credidisset.

LUDOVICUS XI. hujus regni Gallici Monarcha, similem ob causam penè regno excidit: ut ipse moriturus confessus est eorum filio, quem dehortabatur à suo exemplo; jubens, ut, quos relinquebat, senes consiliarios in consilium adhiberet, & illorum sententiam sequeretur: propterea quod relicti sibi à patre cum minus ipse initio credidisset, setè in nuquam lapsus esset. Nostra memoria Ludovicus Rex Ungariæ, juvenis cuiusdam viri primarii inductu, cui de regni administratione planè fidebat, bellum adversus Turcas, nec viribus par, nec satis munitus, & veteribus Ducibus, & Consiliariis dehortantibus, suscepit. Unde factum est, ut mortuo rege, florentissimum illud regnum, Christianissimi firmum antea propugnaculum, in Turcarum potestatem deveniret: & infinitæ calamitates sunt consecutæ.

Atheniensibus ad electionem Ducis olim convocatis, cum oratores Charetem quendam juvenem, & robustum, Iphicrati valde seni præferrent: Timotheus ex principibus viris unus, Talem, inquit, non Ducem eligite, sed qui Duci suas stragulas portet: significans, rebus gerendis non lumbos fortes, non validos lacertos sufficere, sed magis requiri judicium atque experientiam: ut idcirco potius senibus, quam aliis, earum administratio committatur, ut qui plerumque sapientia, & peritia juvenes superent.

Prætermitto exempla Appii Claudii, Mafinisse, Catonis, D. Phocionis, Sophoclis & Lælii: de quibus Cicero, & Plutarchus, ut senilis virtutis typum proponant.

Quero, num Moyses, & Josue anno grati centesimo, num David, cum præ senectute Abasque puelle calore foveretur, rerum curam, & administrationem deposuerint, minisque utiles quam ceteri, tanta ætate gravitate fuerint?

Scipio is, qui primus nomè hoc meruit, cultu & studio senis patris, qualis ipse evasit & vir, & civis? quales ejus posterit?

Finis Litteræ I.

K. Littera.

K Littera Græca ad Latinos translata, exiguum apud eos usum habet, cum illius effectum, & sonum suppleat C. unde & omnia nomina per hanc etiam scribi consueverunt, ut v. g. Cabala, Calenda, Carus & similia, quæ proinde in littera C. erunt querenda, cum jam apud Grammaticos receptum sit, Latinum C. idem valere, quod Græcum K. & explodenda sit opinio aliter sentientium.

F I N I S.

THEATRI



**T H E A T R I
 V I T Æ H U M A N Æ,
 A U C T O R E
 LAURENTIO BEYERLINCK,
 ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,
 Littera L.**

* Asterisci Titulis, sive Generalibus, sive Secundariis, Rebusve sub
 isdem consentis præfixi, posterioris Auctarii sunt indices.

L. LITTERA.

CUIUS REI NOTA OLIM.

OBSERVATIO Scaligeri est, L. olim notam fuisse laudis. Ita ille Comment. in *Varronem*, ad verba, *Paucim aq. L. facim*. L. inquit, nota est, quam olim inletere solebant ad designandum locum laudabilem; quod patet ex Commentario, ubi L., exponitur *Locus laudabilis*. Legatur *Robertus Titus lib. 10. cap. 14.*

* Laborum.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

L abarum, vox Græca est, & significat vexillum militare, cui appendebant paludamentum ex antena transversa, quod candys veteribus appellatur. Præcedebat Imperatorem immediate, & à militibus adorari moris erat. Nonnulli existimant, ita dictum à labore, quod esset velut levamen laborum, utpote milites quantumdunque fatigati existerent, & in acie laborarent, in vexillum hoc, ceu anchoram quandam sacram Oculos conticiebant, quod scirent Imperatorem ibi præsto esse, à quo omne præsidium, & alacritas expectabatur. Alii vocem Persicam censent, à (Labor) quod est descendere; erat namque signum pensile, & Persarum ac Armenorum usu Regibus præferebatur.

Tempore Tertulliani videtur ea vox cognita nondum fuisse. Constat autem, Constantinum Imp. statim à conversione, Labarum formasse in signum Crucis. Ita de illo *Sozom. lib. 5. hist. Ecclesiast.* Justit viros cruditos ex auro, & lapidibus pretiosis in vexillum Crucis transformare signum, & quod labarum vocabatur, ad *παρὰ Πρωτοῦ καλῶντος λάβαρον*. Meminit quoque *Prudentius lib. 1. cont. Symmach.*
Christus purpureum gemmantis secessus in auro
Signabat labarum.

Manit autem Labarum ea forma utique ad tempora Juliani Apostate, qui amoto Christiano, Ethnicum labarum reposuit, in quo Lupus, Aquila, Minotaurus, aut simile animal exprimebatur.

L. B. Theat. vitæ Humanæ Tom. IV.

Videat Lector de Labaro Constantini nonnulla in Loco de CRUCE.
 Item in Loco de VEXILLO.

* Labor.
 DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Labor, Græcè *τόπος*, est functio quædam vel animi, vel corporis, gravioris operis, & muneris. *Cic. lib. 2. Tus. quaest. sic dicta quod membra faciat labare dissipatis inter agendum spiritibus vitalibus.*

Labor, Hebr. *laghabha*, labor & res parva labore. *Job 20. 18. Ieghibbah*, defatigatus hominem, defatigatio, fructus item laboris, *Psal. 128. 2. Esai. 55. 2. Ieghibba*, defatigatio laboriosa, labor molestus, *Ecclesi. 12. 14.* verbo *Ieghabha*, laboravit, quod refertur potius ad animum, quam ad corpus, fatigatus est labore. Cognationem habet cum *Gaghab*, mugivit, & *Naghab*, attingit, unde *Neghab*, plaga, item cum *Ghabab*, expiravit. Significat enim, tanto affectu, & labore adspirare ad rem aliquam attingendam, ut animum mugiat, & vix respirare possit. Hinc *2. 2. & 3. 2. 2. 2. 2.* laboro, milita afficio. *2. Hamal* verbum, id est, laboravit cum molestia & defatigatione, proprie significat, durum exercere laborem, qui corpus & animam defatigare solet, ut olim in pistrinis molar: transfertur deinde ad alios duros labores. Hinc *μολο* labor, & *μολο* molo, *μολο*, *μολο* molo. Et dicuntur catenati labores, qui duri sunt, urgentes, & ad invicem consenti, & alii ex aliis nascentes.

LABORIS COMMODA,
 ET FRUCTUS.

Labores & præclara facinora aduentibus, & vita ipsa cum virtute conjuncta, jucunda est, mors nequaquam acerba, immortalem nominis sui gloriam relinquentibus. *Arrian. lib. 5. hist.*

Non est viri timere sudorem, nec est vir fortis, nec strenuus, qui laborem fugit, nec crescit illi animus ipsa rerum difficultate. *Senec. in epist.*

Omnes artes omniaque opera quotidiano usui, & jugi exercitatione proficiunt: quod si in pravis verum est, quanto magis decet in maximis custodiri? *Veg. de re milit. 2.*

Vita humana proprie uti ferum est: ferum si exerceas, contectur, si non exerceas, tamen rubigo interfecti item; homines
 D d d exte-